



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 98. Pogii Florentini obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

usurpaverat, post obitum suum legitimo Sæcul. XV.  
hæredi relinquenter. Marchio se a Pon- A. C. 1459.  
tifice Ducem Ferrariae, sine tributo, at-  
que censu creandum, colendumque spe-  
rabat, verum sua eum spes fefellit; hanc  
enim prærogativam primum Paulo II. re-  
gnante obtinuit. Ibidem nonnulli scientia  
præstantiores Viri eo tempore Ferrariam  
confluebant, ac Pii II. merita dignis  
elogiis, atque orationibus celebrarunt.  
Hos inter præter alios plures eminuere  
Guarinus patria Veronensis, qui tum  
literas humaniores græcas, atque lati-  
nas magno cum auditorum applausu  
docebat, necnon Joannes Aurispa Si-  
culus, qui prope nonagenarius omni  
scientiarum genere exultus floruit.

### §. XCVIII.

#### *Poggii Florentini obitus.*

Hoc anno die vigesima nona Octobris *Comment.*  
Poggius Bracciolinus, qui Terræ- *Pii II. lib. 2.*  
novæ in Florentinorum ditione Anno *Paul. Jov.*  
supra millesimum trecentesimo octogesi- *in Elog.*  
mo erat natus, & a Cosma Medicæo *In Fastic. re-*  
Florentiam accitus, ibidem vivere desiit; *rum tom. I.*  
Hic ad posteros transmisit relationem  
supplicii Hieronymi Pragensis, quam ad  
Leonardum Aretinum perscripsit. Ex-  
stat illa apud Gratium in ejus Fasciculo,  
Vonder-Hartium, & alios. Scripsit præ-  
*Hist. Eccles. Tom. XXVIII. P p terea*

**Sæcul. XV.** terea orationes Funebres, quas in me-  
**A. C. 1459.** moriam Zabarellæ, & Albergati Cardi-  
 naliū, necnon Laurentii Medicæi di-  
 xerat; item quatuor libros de varietate  
 Fortunæ ad Nicolaum V. necnon Ora-  
 tionem de auctoritate Papæ & Concilii;  
 denique tractatum de vera nobilitate, &  
 alium de miseria humana, præter hæc  
 edidit plurima alia opuscula profana, quæ  
 silentio præterimus, utpote plurimis re-  
 ferta facetiis, quæ magis spurciis for-  
 dent, quam honeste animum recreent.

## §. XCIX.

*Papa Mantuæ.**Comment.**Pii II. lib. 3.*

Tandem Papa Mantuam delatus, die  
 vigesima septima Maji illustri appara-  
 tu urbem ingressus, atque a Ludovico  
 Gonzaga illius Gubernatore summis ho-  
 noribus exceptus est; die prima Junii  
 Raynald ad hunc annum indicto Conventui datum est initium,  
 num. 41. summo Pontifice, Cardinalibus, Episco-  
*Collect. Conc.* pis, Clero, omnibusque Religiosis cuius-  
*Labbe tom.* cunque Ordinis ex Palatio ad Ecclesiam  
 13. p. 178. descendantibus. Ubi re divina solemni-  
 ritu peracta Coronensis Episcopus de pio  
 Pontificis proposito, præsentisque Con-  
 ventus caussa, rerumque agendarum ne-  
 cessitate luculentam orationem decla-  
 mavit.

§. C.